E plau al Sennyor Rey /.

10. Item que tots los pleits qui son determenats e passats en cosa jutgada, quant per Juy o per Cartes dels Reys, que no pusquen esser altra uegada retrotats /.

E plau al Sennyor Rey /.

11. Item que tots les cartes publiques et les altres escriptures dels pleits (sic), queus façen en uulgar (se confeccionen y redacten en romance) per la part que les gens plus clarament o entenen /.

E plau al Sennyor Rey /.

12. Item que (borrado: siempre que?) totes quantes donacions el Consell auia fetes o atorgades a alguns de cases o de heredaments o de rendes o de qualques altres coses a los / uehins de Murçia o quels o confirm axi com cascunes an possessio del Rey o en altra manera /.

E atorgao lo Sennyor Rey leuar aquells que dintre los XXX dies nol auran regonegut per Sennyor / (confirmación general a todos de los bienes recibidos por donación real o de otra persona, a excepción de aquellos que se nieguen o resistan a acatarlo por soberano).

13. Sennyor, per que entenem que es uostre seruj e de la terra, clamam uos merçe, que pusingam traure del Regne pan e uin e tots altres uiandes, franquesses e quantes coses / a portar en tots parts, salu en terra dels uostres enemics /.

(Disfrute de franquicia de leuda y portazgo por todas las tierras del Reino de cuantos productos de pan y vino y otras mercaderías precisen transportar.)

E plau al Sennyor Rey. Exceptat com lo Sennyor Rey fees uet general per tot /.

(Afirmativamente a todo, salvo a las «coses vedades» ya conocidas.)

14. E atrossi, Sennyor, quens façats merçe en lexar nos pendre les rendes del Regne de Murçia tro que aiam pagats X Mill Solidos, quel Consell a man leuar per adobar / los Murs e les Torres de la Vila e que prestaren a JOHAN SANCHEZ e als castellans sobre estes rendes, les quals els tenjen e prenjen per manament / e Cartes del Rey (Alfonso X y sucesores) e quens hi façats aquella ajuda que tingats per be /.

(Que les faculte retener los ingresos municipales hasta que puedan amortizar la suma de 10.000 sueldos que por orden real hubieron de entregar a Juan Sánchez, Adelantado del monarca de Castilla, para restaurar las murallas y torres defensivas de Murcia.)

E daquest Capítol parlara en Bernat de Sarria ab ell /.

(Jaime II remitió la solució del asunto en cuestión a la entrevista que en breve iba a celebrar con el bayle general del Reino de Murcia, Bernat de Sarriá, para informarse previamente al detalle del estado de las cuentas y prestaciones pecuniarias aludidas.)



Sennyal (signo notarial) de mi Domingo de Soler, notari public de Murçia, que aquest treslat escriure fiu e comprovè con el padron (el original de Jaime II), XIX dies augusti era mill e CCC e XXX quatre ans.

4

1296, septiembere 20. Valencia

Carta-privilegio de Jaime II a la villa de Guardamar por la que se compromete con juramento sagrado a mantenerla siempre unida e incorporada a la Corona de Aragón y a no permitir jamás su enajenación o separación de la corona.

ACA, Canc. Reg. Grat. 194, fol. 261v-262r.

J.M. DEL ESTAL, *El reino de Murcia bajo Aragón, I/1*, Alicante 1985, núm. 142, p. 160 y s.

In Christi nomine. Nouerint uniuersi quod Nos Jacobus dei gratia rex Aragonum etc. Volentes / Castrum et Villam de Guardamar semper in nostro et nostrorum dominio retinere. Couenimus et bona fide / promittimus per Nos et omnes successores nostros vobis uniuersis et singulis hominibus de Guardamar / presentibus et futuris, quod nunquam casu aliquo uel ratione separabimus seu diuidemus predictum locum / de Guardamar, nec separari seu diuidi faciemus, consentiemus seu permittemus a Corona Regni / Aragonum et a dominio nostro et quod nunquam de dicto loco donationem, uenditionem, permutationem seu / cambium uel aliquam aliam alienationem, quoquo titulo siue modo faciemus, consentiemus seu fieri / permittemus palam uel occulte, directe uel indirecte; Inmo locum predictum cum omnibus suis / terminis in nostro et nostrorum successorum Regni Aragonie dominio et Regimine tenebimus, retine / bimus et conseruabimus im perpetuum. Predicta autem omnia et singula promittimus et bona fide ac sub / uirtute per nos vobis prestiti ipsius iuramenti, conuenimus uobis predictis hominibus dicti loci de / Guardamar presentibus et futuris tenere, attendere et complere ac inuiolabiliter obseruare et absque / omni dolo et fraude, sicut melius dici et intelligi potest, ad uestrum uestrorumque saluamentum et / bonum intellectum. Et ad hec omnia tenenda, complenda et obseruanda heredes et successores nostros / in Regno Aragonum teneri uolumus ac etiam obligari. Et ue hec omnia et singula maiorem in omnibus / obtineant firmitatem, iuramus per deum et eius sancta quatuor euangelia, manibus nostris corporaliter tacta / , quod predicta omnia et singula uobis et uestris obseruabimus et faciemus inuiolabiliter obseruari et non / contrauenimus per nos uel per aliquam interpositam personam, aliquo iure, causa uel ratione. In / cuius rei testimonium et ad eternam rei memoriam presens Priuilegium nostrum fieri iussimus / et sigilli nostri munimine roborarj. Datum Valencie, duodecimo kalendas octobris, anno predicto (1296) / .

Signum (signo real) Jacobi dei gratia etc. / .

Testes sunt Guillelmus de Angleraria, Raymundus Alamanni, A. Episcopus Dertusensis, Philippus de Salucijs, Guillemus Durfforcis (Durfort) / .

1319, diciembre 14. Tarragona

Solemne provisión real de Jaime II, vinculante a perpetuidad a cuantos le sucederán en el trono, por la que dispone que todos los territorios que integran la Corona de Aragón: reinos de Aragón, Valencia y Mallorca, más los condados de Barcelona, Rosellón, Cerdeña, Conflent y Vallespír, y los vizcondados de Omelades y Carlades, no puedan ser desgajados nunca, ni separados jamás de la misma, debiendo ser gobernados siempre por un solo y único señor, que no podrá subir al trono ni ceñir la corona, sino después de haber jurado formalmente, ante los estamentos varios de las ciudades de Zaragoza, Valencia y Barcelona: prelados, ricos-hombres, mesnaderos, caballeros, burgenses y demás vecinos, el cumplir plenamente este compromiso sagrado. Confirmación de Juan I de Aragón, Valencia, 11 de enero de 1393, renovando el privilegio de Jaime II y reproduciéndolo.

ACA, Canc. Reg. Grat. 1904, fol. 170r-171v.

BOFARULL, PRÓSPERO, CODOIN-ACA, VI, núm. CXXXVIII, p. 444-449.

In nomine Domini, amen. Noverint universi quod nos Jacobus Dei gratia rex Aragonis Valencie Sardinie et Corsice ac comes Barchinone considerantes quod juxta veritatis eloquium in evangelio recitatum omne regnum in se divisum desolabitur quodque quodlibet regnum debet esse unitum et indivisum ut virtus plurium unita sit forcior et validior ad tenendam justiciam sine qua omnis terra perit et habitatores ejus et plurium etiam viribus conflatis in unum majori potencia deffensio plenius agitur ac fulcitur et publica res adversus hostiles incursus fortifficatur uberius et salvatur et quod divisio regnorum Aragonie et Valencie ac comitatus Barchinone que Dei providencia obtinemus jam preteritis temporibus a nostri progenitoribus attemptata nimium paravit et induxit scandalum: volentes super hoc et dignitati regali et subditorum nostrorum utilitati ut regio bono congruit officio providere et indemnitati prospicere eorundem: per presentis provisionis nostre paginam perpetuo et inviolabili robore duraturam ex certa sciencia et spontanea voluntate statuimus ordinamus atque sancimus quod predicta regna nostra Aragonis et Valencie ac comitatus Barchinone cum directo dominio et aliis quibuscumque universis juribus que ad nos spectant vel possunt ulterius spectare in regno Majorice et insulis ei adjacentibus et in comitatibus Rossilionis Ceritanie et Confluentis et Vallespirii et in vicecomitatibus Omeladesii et Carladesii sint et maneant perpetuo unita et unum ac sub uno solo eodemque domino atque dominio perseverent nec aliquid vel aliqua ex eis ab alio vel ab aliis separentur: ita quod quicumque sit rex Aragonis idem etiam sit rex regni Valencie et comes Barchinone sic quod nos vel aliquis heres seu successor noster vel nostrorum in testamento vel alia qualibet ultima voluntate aut donatione vel alia ordinatione inter vivos aut aliqua alia dispositione nunquam dividamus seu separemus nec divide seu separari faciamus consenciamus aut permittamus regna predicta et comitatum in se aut a se vel etiam inter se

videlicet regnum Aragonie non dividemus seu separabimus in se nec etiam a regno Valencie et comitatu Barchinone nec regnum Valencie dividemus vel separabimus in se nec etiam a regno Aragonis et comitatu Barchinone neque dictum comitatum Barchinone dividemus vel separabimus in se nec etiam a dictis regnis Aragonie et Valencie: et si quid contra predicta vel aliqua predictorum per nos vel nostros fuerit attemptatum illud ex nunc decernimus irritum et inane. Declarantes tamen quod nos et ipsi possimus donare seu dimittere castrum vel castra locum vel loca seu hereditamenta filiis nostris vel ipsorum aut aliis personis ut nobis et eis videbitur unitate predictorum regnorum et comitatus semper stabili et indivisa manente. Et affectantes hujusmodi statum ordinationem et sanctionem ac provisionem nostram inconcusse et irrefragabiliter perpetuis temporibus observari juramus per nos et nostros solemniter per Deum et crucem domini nostri Jesu-Christi ac ejus sancta quatuor evangelia manibus nostros corporaliter tacta predicta omnia et singula ut superius dicta sunt et distincta tenere complexe et inviolabiliter observare et observari facere ac teneri et nunquam in aliquo contravenire aliquo jure causa vel ratione: inhibentes expresse sub interminacione divini judicii ac divine maledictionis et nostre heredi nostro universali quicumque pro tempore fuerit et aliis subsequenter successuris in dictis regnis et comitatu ut observando incorruptibiliter omnia et singula supradicta contra ea vel aliquid eorum non veniant vel attemptent aut fieri consenciant vel permittant dicto verbo vel facto seu alio quovis modo. Et ut omnia predicta et singula tenacius observentur statuimus sancimus et ordinamus quod quilibet heres et successor noster et nostrorum in predictis regnis et comitatu unus post alium successive tempore sui novi domini seu nove successione vel etiam si antea jurari haberent antequam prelati richi homines mesnaderii milites cives et burgenses et homines villarum seu aliqui alii de predictis regnis et comitatu sibi faciant seu presentent juramentum fidelitatis vel sibi in aliquo respondeant et antequam aliquis ex predictis requisitus expresse vel non requisitus sibi faciat vel facere teneatur homagium vel aliquam recognitionem ratione feudorum seu qualibet alia ratione ipse heres vel successor nostri et nostrorum in predictis regnis et comitatu quicumque pro tempore fuerit per se et suos laudet confirmet et approbet ac publice juret presens statutum ordinationem sanctionem et provisionem nostram et usquequo ipsam laudationem confirmationem et approbacionem predictorum omnium et singulorum fecerit et juramentum pro ipsis observandis prestiterit cum publico instrumento prenominati vel aliqui ex eis non teneantur ei in aliquo respondere: et si per aliquem cujuscumque condicionis vel status existeret pro predictis vel aliquo predictorum sacramentum fidelitatis vel homagium seu alia quevis obligatio facta esset antequam predicta ut est dictum laudata approbata et jurata essent per novum quemvis dominum heredem et successorem ut premittitur non valerent et pro non factis penitus haberentur. Hec autem etiam predictis omnibus et singulis prelati richi hominibus mesnaderiis militibus civibus burgensibus hominibus villarum et aliis quibuslibet subditis nostris dictorum regnorum et comitatus presentibus et futuris servanda tenenda atque complenda imponimus et injungimus sub debito naturalitatis et sub fide homagio et fidelitate ac juramento quibus nobis astricti existunt. In quorum omnium testimonium ad memoriam sempiternam presens scriptum nostrum fieri mandavimus bulle nostre plumbee munimine comunitum de

quo quatuor consimilia scribi jussimus unum tenendum in archivo nostro aliud pro universitate regni Aragonie tenendum per juratos et probos homines civitatis Cesa-rauguste aliud pro universitate regni Valencie tenendum per juratos et probos homines civitatis Valencie et aliud pro universitate Catalonie tenendum per consiliarios et probos homines civitatis Barchinone. Datum Terrachone nonodecimo kalendas januarii anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XIX. Signum (signo real) Jacobi Dei gratia regis Aragonis Valentie Sardinie et Corsice ac comitis Barchinone predicti que hec firmamus concedimus et juramus.— Testes sunt qui presentes fuerunt infans Johannes domini regis filius ac cancellarius ac electus toletanensis Eximius Terrachone archiepiscopus Berengarius Vicensis episcopus frater Raymundus de Empuriis prior ordinis Hospitalis in Cathalonia frater Poncius abbas monasterii Populeti frater Bernardus abbas monasterii de Benifasano Johannes Burgundi sacrista Majorice consiliarius Vitalia de Villanova Bernardus de Fonollario Petrus de Boyll rationalis magister milites et consiliarii Gondisalvus Garci miles Martinus Luppi de Rueda minardi de Aversone dicti domini regis notarii qui de mandato ipsius domini regis hec scribi feci et clausi loco die et anno prefixis<sup>21</sup>.

6

1329, diciembre 28. Valencia

Amplio privilegio real por el que Alfonso IV otorga a su segundo g3nito, habido en segundas nupcias de Leonor de Castilla, el Infante don Fernando, el t3tulo de Marqu3s de Tortosa y le hace donaci3n en «franco y libre alodio» de las ciudades, villas y lugares de Tortosa, Sta. M. de Albarrac3n, Orihuela, Alicante, Callosa y Guardamar del Segura, Nompot (Monforte del Cid), Elda, La Mola, Novelda y Aspe, con todos sus castillos, fortalezas, torres, alc3zares, casas, puertos y r3beras, minas, caza, pesca y salinas, con todas sus gentes, nobles, artesanos y peones, cristianos, jud3os y sarracenos, sometiendo a todos a su alta jurisdicci3n civil y criminal, revisti3ndolo de plenos poderes se3oriales. Le proh3be tan s3lo la exportaci3n de mercanc3as vedadas o «coses vedades», ya conocidas, como entre otras, los granos, vituallas, caballos, hierro, c3namo, lino, maderos, naves o le3os, alquitr3n, armas, etc. al enemigo e impone la devoluci3n de aquellas tierras y plazas a la Corona en caso que muera sin sucesi3n.

A.M. Orihuela, Lib. Priv., 2588: Priuilegia Regis Alfonsi, n3m. VII, fol. 44r-47r.

AHN, Priuilegia, 1368 B, fol. 81r-85r.

<sup>21</sup> Extractamos este privilegio de Jaime II de otro posterior de su biznieto, Juan I de Arag3n, fechado en Valencia a 11 de enero de 1393, que reproducimos en este anexo con el n3mero 10.

In christi nomine et eius gratia Regalem prouidenciam sic decet singula secundum liberam rationis appendere ut unicuique secundum sue conditionis statum respondeant munificentie largitatum uidelicet circa sublimes sublimiter et alios juxta suorum exigentiam meritorium hac itaque consideratione ducti Nos Alfonsus dei gratia Rex Aragonum, Valentie, Sardinie, Corsice ac Comes Barchinone, pensantes quod inter cetera dona que ab alto diuina largiente clementia, multifarie multisque modis, recepimus insigne donum suscepimus quod humane domus facta nobis est socia illustris domina Elionor Regina Aragonum karissima conjux nostra ex quo speramus in bonitate diuina quod nos et ipsa socij erimus et diuine ad excellentem ipsius nostre consortis prosapiam nec minus morum prominentiam dirigentes intuitum ipsius merita recto libramine recesentes, dignum fore conspiciamus ut quod nouiter ex ea felicem prolem suscepimus, quam paterne benedictionis dulcedine, intimis visceribus cordis uestri libenter amplectimur uidelicet vos inclitum Infantem Ferdinandum karissimum et dulcissimum natum nostrum, vos per exterioris operis productionem efficaciter amplectamur et sicut altius estis progenitorum consideratione uestrorum quantum uobis occurrit possibile attollamini ut conuenit status et excellentia dignitatis. Igitur vos dictum Infantem Ferdinandum, per nos iam emancipatum, cum carta nostra ut in ea plenius continetur, in primis titulo magnifice dignitatis preficere cupientes uos Marchionatus dignitate intitulari volumus et Morgionis nomine nuncupari uidelicet Marchionis Dertusie est titulus ab antiquo. Et ut uestre dignitatis status sufficienter valeat sustentari ac juxta uestrum uobis *congrue suppetant facultates gratis et ex certa scientia ac spontanea* uoluntate per nos et nostros heredes ac successores damus perfecta, pura et jreuocabili donatione jnter uiuos per franchum et liberum alodium uobis inclito Infanti Ferdinando Marchioni predicto jam per uos ut predicatur mancipato, Ciuitatem nostram Dertusie in Cathalonia, necnon Ciuitatem nostram Sancte Marie de Albaracino in Aragonia situatas, cum Castris et fortalicijs earundem et etiam Castra et loca nostra d' Oriola, Caylosa, Guardamar, Alacant, Nompot, Etna, La Mola, Nouella et Acp, in Regno Valentie situata, nec minus Castra et loca de Alosio ac de Mediano et totum eorum honores cum fortalicijs uniuersis et singulis in terminis Ciuitatum, Castrorum et locorum predictorum situatis et cum aldeis, villis, alcareis, domibus, turribus et locis nostris in terminis dictarum Ciuitatum ac Castrorum et in honore iam dicto constitutis et cum omnibus terminjs, pertinencijs et appendicijs dictarum Ciuitatum, Castrorum atque locorum, portubus maris et rippaticijs et cum baronibus, Militibus et dominabus (sic) et feminis, christianis, iudeis et sarracenis, cuiuscunque prominentie, conditionis et estatus existant in predictis *Ciuitatibus, Castris et locis et eorum terminis habitantibus et habitaturis et cum mero* et mixto imperio et alia jurisdictione ciuili et criminali alta et baxa, et cum salinis, piscacionibus, uenationibus, mineris et trobis fluminibus, vectigalibus, redditibus, exitibus et prouentibus, molendinis, furnis, peytis, questis, subsidijs adempriujs, seruitijs, seruitutibus Realibus et personalibus, hostibus et caualgatis et eorum redemptione, bouatico, monetatico, cenis, albergis, feudis, feudatarijs, potestatibus et emparijs et cum omnibus iuribus alijs in dictis ciuitatibus, castris et locis nobis pertinentibus et pertinere debentibus de jure usaticijs, foris usibus et consuetudinibus, prout melius et plenius nos et nostri ea in predictis Ciuitatibus, Castris et locis

et ratione eorum habuimus et habemus et habere debemus et consueuimus quoquo- modo, hanc autem donationem fecimus vobis Infanti Ferdinando, Marchione pre- dicto et uestris heredibus et succesoribus et ut melius et plenius dici et intelligi potest ad uestrum et uestrorum securitatem et saluamentum et sanum etiam intellec- tum. Et extrahentes predicta omnia et singula que vobis supra damus de iure, dominio et posse nostri et nostrorum eadem in jus, dominium et posse vestri et uestrorum mitimus et transferimus irrevocabili pleno iure, inducentes uos de pre- dictis omnibus et singulis in possessionem corporalem seu quam ad habendum, tenendum omnique tempore pacifice possidendum, prout melius per nos vobis data sunt et superius continentur, promittentes vobis quod trademus vobis uel cui uolue- ritis loco uestri possessionem corporalem seu quam omnium predictorum et nichilominus habemus et concedimus vobis auctoritatem, licentiam et plenum posse quod vos per vos alium nomine uestro, auctoritate uestra propria, possitis possessionem seu quam omnium predictorum et singulorum libere apprehendere et apprehensam licite retinere. Nos enim donec vobis dictam possessionem tradiderimus uel vos eam apprehenderitis, constituimus nos interim predicta omnia et singula pro vobis et uestro nomine tenere et possidere seu quam et ex causa huius donationis cedimus per nos et nostros vobis et uestris perpetuo omnia iura omnes- que actiones reales et personales, mixtas, utiles et directas et alias quascunque nobis competentia et competere debentia in predictis omnibus et singulis et contra quas- cunque personas et res ratione eorum, quibus iuribus et actionibus possitis vos et uestri uti et experiri, agendo et defendendo et aliter quomodolibet in iudicio uel extra quemadmodum nos possemus ante huiusmodi donationem et iurium cessionem. Mandantes tenore huius instrumenti publici quod vicem Epistole gerere volumus, uniuersis et singulis baronibus, Militibus et dominabus et alijs hominibus cuiuscunque locis et conditionis predictis quod vos et uestros pro dominis eorum habeant et teneant apibusque et uestris parent et impendeant in hoc (sic) super omnibus et singulis in et super quibus nobis ante presentem donationem debebant et tenebantur impendere et etiam obedire ac proprium dictis vobis et uestris hominibus faciant et franchitatis etiam iuramentum. Nos enim absoluimus de presenti omnes et singulos barones, milites et alios supradictos ab omni homagio et fidelitate omnibus vobis asecuti sint pro predictis uel modo aliquo obligati. Retinemus tamen nobis et nostris heredibus et succesoribus in predictis que vobis damus et sub tali pacto et conditione quod (?) predictam donationem vobis facimus quod vos et uestri heredes et succesores perpetuo teneamini obseruare omnes prohibitiones generales per nos et heredes nostros fiendas super non extrahendis absque nostri et nostrorum speciali licentia et permissu rebus prohibitis, videlicet grano, blado et victualibus, equis, pegunta, sepo, alquitran, fusta, canapo, filo exarcia, ferro et armis, quam prohibitionem nos ei gratiam generaliter faciemus Regnis et terris nostris habeamus uobis et uestris denuntiare et significare ut eam obseruare possitis nec ignoranter contra eam committere valeatis, saluo vobis et uestris quod ea que ex redditibus uestris habueritis, possitis extrahere seu estrahi facere de Ciuitatibus, Castris ac locis predictis ac ea differri facere ad loca que uolueritis, Sarracenorum et inimicorum dumtaxat exceptis et quod in hoc fraus aliqua minime committatur. Et astringamini uos et uestri obseruare in terris uestris predictis usaticos Barchinone foros et alias

consuetudines ac monetam siue monetas Regnorum et terrarum nostrarum et contenta in priuilegijs super eis confectis et etiam pacem, securitatem et treugam, quam nos et nostri habuerimus cum quibuscunque christianis et sarracenis ac alijs hominibus cuiuscunque legis, status et condicionis existant. Teneaminj etiam vos et vestri succesores perpetuo uenturos per uos uel procuratorem uestrum ad Curias generales nostri et successorum nostrarum quandocunque et quotiescunque inde fueritis requisiti et edita in ipsis Curijs obseruare. Retinemus etiam nobis et nostris succesoribus quod si uos uel uestri quandocunque, quod deus auertat, decederitis absque filio uel filijs masculis de legitimo matrimonio procreatis, Ciuitates, Castra et loca omnia supradicta, que uobis damus, ad nos uel succesores nostros et ad *Coronam Aragonum* deuoluantur ac etiam reuertantur, cum pleno dominio et iure sicut erant et nos ea habebamus et habere debebamus ante donationem predictam. Quo casu uos uel uestri possitis filiam uel filios si que superessent, matrimonialiter collocare et honorifice dotacione de bonis predictis iuxta decentiam earundem et in dicto casu recipere et ordinare usque ad quantitatem Quindecim millia librarum barchinonensium, quam nos et succesores nostri antequam predicta que supra uobis damus recuperemus, exoluere teneaminj. Et quod uxoribus vestri et uestrorum succesorum possitis dotes et donationes propter nuptias siue dotaria ipsarum assecurare super dictis bonis non obstante retentione predicta. Pateat quod etiam modo retinemus nobis et nostris, quod si quocunque casu contigerit uos uel aliqui de succesoribus uestri, predicta que uobis damus obtinentibus, ad Regiam profici dignitatem siue in Regno et terris que habemus siue extra Regna et terras predictas ubicunque eo ipso statim Ciuitates, Castra, loca et alia supradicta uobis donamus, ad *Coronam Aragonum* integre ut promittitur et libere reuertantur. Igitur saluis et retentis nobis et nostris que superius continentur, conuenimus et promittimus per nos et nostros uobis Infanti Ferdinando, Marchioni predicto et notario infrascripto pro uobis et nomine uestro et alijs quorum interesse potest ac poterit recipienti et legitime stipulati et pasciscenti predictam donationem et omnia et singula in ea contenta tenere et firmiter obseruare et obseruari facere inuolabiliter ac teneri et contra eam in aliquo non facerent uel uenire. Imponentes heredibus nostris et nostrarum uniuersalibus et ipsos etiam obligantes et instringentes quod premissam donationem et omnia et singula supra contenta teneant efficaciter et obseruent et contra ea in aliquo non ueniant nec aliquem contra uenire permittant aliqua ratione. Et ad maiorem securitatem et efficaciam juramus hec supra crucem domini nostri Jesu Christi et ad sancta dei quatuor euangelia coram nobis posita et corporaliter per nos tacta ad huius autem rei memoriam et perpetuam firmitatem facta sunt inde duo consimilia instrumenta, alterum habendum et tenendum per dictum dominum Regem et alterum tradendum predicate domine Regine, nomine inliciti Infantis Ferdinandi, Marchionis prefati. Quod est actum in Ciuitate Valentie in Regali dicti domini Regis (Palacio?), quinto kalendas Januarij, anno domini millesimo trecentesimo Vicesimo nono.

Signum (signo real) Alfonsi dei gratia Regis Aragonum, Valentie, Sardinie ac Corsice ac Comitis Barchinone. Qui predicta concedimus et juramus et in presenti Carta bullam nostram plumbeam iussimus apponendam.

Testes sunt qui presentes fuerunt Reuerendus dominus Johannes, patriarcha alexandrinus, Inclitus Infans Rippacurcie et Impuriarum Comes, Infans Raymundus Berenguer, Comes Montanearum de Prades, Bernardus de Serriano, Petrus de Xerica, Raymundus Cornelij, Raymundus de Ripellis, Berengarius de Vilaracuto.

Signum (sígno del notario y guardaseflos real) mei Bonanati de Petra (Bonanato ça Pera) dicti domini Regis notarij eiusque sigilla tenentis et publici etiam notarij auctoritate Regia per totam terram et dominationem suam. Qui predictis interfui eaque scribi feci et clausi.

7

1356, diciembre 7. Calatayud

Pedro IV subraya la importancia estratégica sin igual del castillo y villa de Alicante en el cuadro meridional defensivo del Reino de Valencia de donde la suerte de la corona de Aragón de haberlo incorporado a su seno y la necesidad de no permitir jamás su apartamiento de la misma ni su enajenación ulterior.

AMA, arm. 1, lib. 2, f. 4v-5r.

AMA, arm. 1, lib. 3, f. 300v-30lr.

ACA, Reg. canc. 899, f. 155v-156v. ESTAL, Alicante de villa a ciudad, p. 320 y s.

Petrus dei gratia / rex Aragonum etc.

Debita meditatione pensantes quantum villa et CASTRUM DE ALACANT / in regno Valentie consistentes seu consistentia que ad nostrum immediate dominium noviter pervenerunt / reducta et incorporata fuerint iudicio iusto dei, qui sua virtute prosequitur mirifice causam nostram / sunt notabiles et insignes, tam propter sui status dispositionem et ipsius castris miram excelsam / fortitudinem quam pro eo quia in dicti regni Valentie frontaria constituta existunt, quibus idem / regnum Valentie nostraque corona regia obtentu, acquisitione et incorporatione ipsius ville et castris / nobilitantur et decorantur non parum.

Et per contrarium, si de dictis villa et castro seccio vel / separatio quod absit, sicut facta fuit retrolapsis temporibus, a corona regia nedum prefatum / regnum Valentie vel ut caput nobiliori membro privatum sed etiam nostrum regale fastidium / ut magistra rerum experientia docuit lesionem magnam susciperent magna- que possent / pericula formidare. Igitur huiusmodi lesioni et periculis cupientes ut convenit providere, agentes / primo domino Jesu Christo, qui sua inefabili bonitate dictam villam et castrum ad nostrum reduxit / totale dominium, gratiarum debitas acciones vovemus eidem domino Jesu Christo et nomine nostro proprio et no- / mine ac tanquam pater et legitimus administrator incliti ac magnifici infantis Johan- nis primo- / geniti nostri carissimi et per omnes heredes et successores nostros et



ipsius infantis promit- / timus et convenimus vobis fidelibus nostris iuratis et probis hominibus ville de Alacant licet absentibus / uobisque Jacobo Rouira et Jacobo de Sancto Johanne nunciis et sindicis et procuratoribus uniuersitatis proborum / hominum dicte ville et notario infrascripto tanquam publice et autentice persone presentibus et / fol. 5r, recipientibus tam nomine dicte uniuersitatis et singularium de ea quorumcunque aliorum omnium quorum interest / interserit interesse potest et poterit in futurum et juramus per dictum deum et eius sacrosancta euangelia per nos / tacta ad quorum quidem uoti et iuramenti obseruacionem dictos Primogenitum omnesque suchcessores / nostros et ipsius nostri primogeniti obligamus et obligatos eciam uolumus *quod nunquam* aliquo caso seu / aliqua necessitate cogitata uel excogitata *separabimus diuidemus aut segregabimus dictam villam et / Castrum de Alacant* in totum uel in partem aut Iureddicionem eiusdem per modum donacionis / et infeudacionis permutacionis uendicionis impignoracionis seu aliquo quouis genere / alienacionis quocunque nomine nuncupetur a **Corona Regia Aragonum**. *Quinimmo dicta villa et Castrum / cum uniuersis suis terminis et pertinenciis et iuribus* ab integro sint et eciam *habeant perpetuo unita afixa / adjuncta et incorporata et ea cum omnibus terminis iuribus et pertinenciis suis de presenti unimus affigimus / adjunximus et incorporamus Regie Corone Aragonum*. Ita quod omni tempore quicunque sit *Rex Aragonum, Valencie et Majoricarum* ac Comes Barchinone, Rossilionis et Ceritanie *sit dominus ville et Castri Alican / tis et ad hec firmitus et securius obseruanda, inuiolabiliter* et tenenda uolumus omnes / illas condiciones, cautelas et securitates que continentur in adjunccione et incorporacione / facta de Regno Majoricarum cum Insulis ei adjacentibus et Comitatibus Rossilionis et Ceritanie / Regnis, Aragonum et Valencie ac Comitatu Barchinone esse hic intellectas et comprehensas ac si / nominarentur hic specialiter et expresse et sub iisdem condicionibus, cautelis et securitatibus / et maioribus ac etiam forcioribus si maiora et forciora possint esse huiusmodi, adjunccionem et incorporacionem / facimus aliis Regnis et Ciuitatibus nostris predictis de dicta villa et Castro Alacantis cum / mero et mixto imperio et omnimoda iureddicione ac terminis suis et pertinenciis uniuersis nobis et / nostris super hiis legem perpetuam et irreuocabilem imponentes. Et si contrarium quod deus avertat / fieret seu acceptaretur de facto, cum de iure ac racione fieri nequiret, illud ex nunc pro tunc decerni / mus irritum et inane. Et hec omnia et singula promittimus et conuenimus per nos et dictos nostros / suchcessores sub uirtute iuramenti superioris predicti uobis dictis nunciis et sindicis ac procuratoribus pre / sentibus nominibus quibus supra et notario infrascripto hec a nobis pro uobis et omnibus illis quorum interest, / interserit ac potest seu poterit interesse supplicanti et excipienti tenere et obseruare irrefragabiliter / sic nos deus adiuuet et eius euangelia sacrosancta. Quod est actum Galate die septima / decembris. Anno a natiuitate domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, Nostrique Reginis vicesimo primo /. Signum (dibujo del signo real acostumbrado en esta clase de documentos) Petri dei gracia Regis Aragonum, Valencie ac Majoricarum, Sardinie et Corsice, Co / mistisque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie qui hec laudamus, concedimus, ffirmamus arque juramus /. Testes huius rei sunt reuerendus in Christo pater Lluppus, diuina providentia archiepiscopus caesaragustae, nobilis viri Lupus, comes Lune, et dominus ciuitatis Segorbii (conde de Luna y señor de Segorbe), Blasius de Alagon / vexillarius, ac nobilis, Bernardus de Capraria,

milites, ac nobilis Petrus de Luna domicellus (ujier de cámara en la cancellería real), *neon Franciscus romanarum legum professor* (Francisco Roma, vicecanciller y romanista) et Jacobus de Faro, con-/siliarii dicti domini regis, fuit clausa per Jacobum Conesa (protonotario de la cancellería aragonesa y secretario de Pedro IV) secretarium et scriptorem domini / regis /.

## 8

1364, julio 10. Huerta de Murviedro (Sagunto, Castellón)

Pedro IV corresponde a la petición de los síndicos del consell de Orihuela: Oliver Togores, Berenguer de Liminyana, Francesc Miró y Jaume Vidal de confirmar a la villa oriolana todos sus antiguos privilegios, expresándoles además su compromiso sagrado de no permitir jamás su separación de la corona de Aragón, toda vez que acaba de recibir por ellos el juramento de fidelidad y vasallaje en nombre de la misma.

ACA, Reg. canc. 911, f. 20r–21v.

Arch. Munic. Orihuela, Lib. de privilegios, MS 2588, f. 57v–59v.

J.M. DEL ESTAL, Colección documental del medievo alicantino, Universidad de Alicante, 1988, dto. 196 bis, p. 313 bis–317 bis.

Privilegii de com lo senyor Rey en Pere promès e jurà de no separar la vila de Oriola ne termens de aquella de la Corona de Aragó (nota protocolar del escribano que copió este Cartulario el año 1393, AMO, lib. priv., f. 57v).

Incorporatio Regia Corona ville de Oriola (Incipit de mano posterior, Reg. canc. 911, f. 20r).

In Christi nomine. Noverint universi quod nos Petrus dei gratia rex Aragonum etc. Quia prudentis animus juxta sapientis consilium tribus temporibus dispensatur, ordinat namque presentia, futura providet ac preteritis recordatur que rationem probabilem solent inducere de futuris, sedule cogitantes quanta spendia quantaque perniosa discrimina regnis in se divisio consuevit ingerere scisma vel sectio desolatrix. Quod tota respublica regnorum et terrarum quibus actore domino presidemus in multis ab olim presensit et adhuc omnino dissensionum jacula non evasit, tanto proinde salubrius super hiis intendimus ut tenemur futuris precavere periculis ac nostris nostrorumque fidelium obviare descendiis quanto per amplius atque perfectius regalis majestas potentius imperat et quietius se suosque gubernat cum multorum locorum insignium robore circumfulta eiusdem civilis potentia permanet *indivisa*.

Igitur attendentes qualiter villa de Oriola est notabilis et insignis et in tali situ posita quod non parum expedit immo necessarium inminet nostre corone regie reique publice regni nostri ut ipsa villa que non sine iurium et regaliuarum notabili dispensio ac habitatorum ipsius desolatione non mediocri // <sup>20v</sup> per longum temporis spacium a nostro inmediate fuit separata dominio queque noviter, per mortem

infantis Ferdinandi, ad ipsum nostrum immediatum dominium devoluta extitit a nostra corona regia nullo unquam tempore ulterius separata, tenore presentis carte nostre seu privilegii cunctis temporibus valituri, motu proprio nostro, per nos et omnes heredes et successores nostros volumus, concedimus atque promittimus in bona fide nostra regia vobis, fidelibus nostris, Oliverio Togores et Berengario de Liminyana, Francisco Mironi et Jacobo Vitalis, sindicis et procuratoribus universitatis ville de Oriola, presentibus qui nomine ipsius universitatis ville predictae in presentis fecistis seu prestistis nobis homagium et fidelitatis iuramentum necnon vobis iuratis et probis hominibus et toti universitati dicte ville, licet absentibus tanquam presentibus, et notario infrascripto pro vobis et omnibus illis quorum interest intererit ac interesse potest et poterit hec a nobis legitime stipulanti, recipienti et paciscenti ac iuramus sponte per dominum deum et eius Sancta Quatuor Evangelia corporaliter a nobis tacta quod dictam villam cum suis terminis nunquam separabimus, dividemus aut segregabimus nec alienabimus in filium seu filios, uxores nec aliquam personam vel personas mundi, ecclesiasticas vel seculares, per modum donacionis, infeudacionis, vendicionis, impignoracionis, permutacionis nec quovis alio genere alienacionis quocumque modo posset dici vel exprimi ad imperpetuum vel ad tempus quacumque de causa, etiam si extrema necessitas censeretur vel utilitas diceretur. Quinimo volumus et decernimus ac legem pacionatam (sic) et incommutabilem et perpetuam facimus quod villa ipsa, cum sua iurisdiccione et suis terminis et omnimoda integritate, sit et remaneat unita perpetuo et incommutabiliter corone regie Aragonum pariter et affixa, et nunc, de presenti, eandem affigimus, unimus et incorporamus et vinculo indissolubili annectimus corone nostre regie, sic quod licet dicta villa per donacionem inde factam dicto infanti Ferdinando separata fuerit a corona regia usque nunc cuius separacioni vigore, tam nobis quam vobis, magna incomoda provenerunt, deinde tamen dicta villa sit perpetuo membrum sicut est notabile et insigne corone regie antedictae Aragonum l<sup>21r</sup> et regni Valencie et nequaquam ab ipsa corona et regno valeat separari per diem neque horam sicut non potest membrum a suo corpore absque lesione et deformitate ipsius corporis segregari. Et si per nos aut aliquos successores nostros, scienter vel ignoranter, fieret vel temptaretur, de facto cum de iure, non possit contrarium illud ex nunc pro tunc et tunc pro nunc decernimus irritum et inane tanquam factum vel attemptatum contra proprium iuramentum et in dispendium salutis eterne nostri et ipsorum successorum nostrorum et in preiudicium etiam et iacturam vestri dictorum sindicorum et proborum hominum ville Oriole predicto, quibus ius est quesitum in consistencia et connexione perpetua ipsius ville cum regia corona nostra et indivisibili unitate, cui iuri nequaquam derogari volumus aliqua via mundi, etiam si diceremus aut offerremus nos vestrum solvere interesse. Nos enim expresse et de certa sciencia, renunciamus omnibus legibus et iuribus canonicis et civilibus, dicentibus vel imminentibus, in certis casibus et certa seu certis racionibus, donacionem vel alineacionem posse fieri de castris, civitatibus aut villis, non obstante privilegium in contrarium inde facto et presentem legem pacionatam (sic) dictis iuribus contrariis volumus et decernimus prevalere, tollentes abolentes, cassantes et irritantes ac viribus et efficacia vacuantes, tanquam rex et princeps ex plenitudine nostre regie potes-

tatisquecumque iura premissis adversancia, et illa que hiis sufragari possunt totaliter applicantes. Et volumus ac vobis dictis sindicis et probis hominibus, presentibus et futuris, concedimus et plenariam facultatem elargimur quod in casu quo fieret contrarium non teneamini obedire in aliquo illi cui foret inde facta donacio, vendicio, permutacio seu quevis alienacio set pocius contradicere et resistere totis viribus tanquam persone et cui non essetis in aliquo obligati. Promittimus etiam vobis quod in curia generali quam primo celebranda in regno Valencie facimus fieri constitutionem perpetuam et iuram per omnes illos qui in dicta erunt curia de unitate huiusmodi ad maius et fortius robor perpetue firmitatis, et hec omnia et singula per nos et omnes successores nostros volumus et concedimus atque promittimus, sub virtute superius prestiti iuramenti, teneri et observari irrefragabiliter et contra non fieri aliquo //<sup>21v</sup> iure, causa vel etiam racione. Obligantes inclitum et magnificum infantem Johannem, primogenitum nostrum carissimum, ducem Gerunde et comitem Cervarie, et quoscumque alios successores nostros et suos, sub paterne vendicionis obtentu, ad observanciam omnium premissorum et hic contentorum pro solidancia huiusmodi perpetue unitatis, hec etiam omnia et singula per nos et omnes heredes et successores nostros volumus et concedimus, promittimus et convenimus atque paciscimur in bona fide nostra regia et sub virtute superius prestiti iuramenti vobis dictis sindicis et procuratoribus ac universitati proborum hominum ville predictae et singulis vestrum, presentibus et futuris, et notario infrascripto pro vobis et omnibus illis quorum interest, interserit, interesse potest et poterit a nobis legitime stipulanti, recipienti et paciscenti eis melioribus viis, modis et formis quibus possit intelligi, dici, exprimi ad observanciam premissorum omni fraude sublata et absque aliqua contradiccione et retencione quam nos facimus in eisdem.

Quod est actum in orta Muriveteris, decima die iulli, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto regnique nostri vicesimo nono. Rex Petrus.

Signum (blanco) Petri, Dei gratia regis Aragonum, et cetera, qui hec concedimus et firmamus atque iuramus presensque iuramentum seu privilegium bulla nostra plumbea impendenti iussimus communiri.

Testes huius rei sunt: Petrus Jordani Durries, maiordomus, Guillelmus de Uxio, armorum uxerius, Berengarius de Rippullo, viceammiratus regni Valencie, milites, consiliiarii domini regis.

Sig (blanco) num mei, Jacobi Conesa, secretarii dicti domini regis eiusque auctoritate, notarii publici per totam terram et dominacionem eiusdem, qui premissis interfui eaque scribi, feci et clausi et corrigitur in linea signi regii ubi dicitur seu privilegium bulla nostra plumbea impendenti iussimus communiri.

Dominus rex mandavit mihi, Jacobo Conesa.

Provisa.

(En el margen izquierdo del f. 20r) Sine precio mandato regis.

1366, septiembre 10, Barcelona

Creación por Pedro IV de Aragón de la *Gobernación general de Orihuela* segregándola de la jurisdicción y gobierno general de la ciudad y Reino de Valencia, que a la sazón ostenta su primogénito y sucesor en el trono, el Infante Don Juan y cuyo lugarteniente a partir de ahora en la administración de la que antes era *Procuración General de Orihuela*, se denominará *Portantveus* del Gobernador General de las tierras de la Corona, en la *Gobernación* de Orihuela, al par que la separa así mismo de la jurisdicción soberana del Reino de Murcia, caso de llevarse a feliz término, en virtud de la promesa jurada, la devolución del mismo a la Corona de Aragón por el nuevo rey de Castilla, el Conde de Trastámara, Enrique II, debiendo por todo ello gobernarse esta región del Reino de Valencia *ultra Sexonam* del modo como se está haciendo ya, desde la muerte del Infante Don Fernando, señor de la misma (16.VII.1363), al pasar al dominio directo de la Corona.

AMO, Lib. becerro, núm. XIX, fol. LXXIXv-LXXXIIIr foliación antigua. Moderna 87r-90r.

ACA, Reg. canc. 910, f. 102v-105r.

J.M. del ESTAL, *Alicante de villa a ciudad, 1252-1490*, Alicante 1990, p. 339-345.

Privilegij otorgat a la vila de Oriola que iames no / sia separada de la Corona, apres que no sia subiu / gada a la GOVERNACIO de Valencia, ans tinga son / f. 87<sup>v</sup> GOVERNADOR PER SI, ne al de Murcia, si cas se esdeve- / nia que fos de Arago / .

Nos Petrus dei gratia Rex Aragonum, Valentie, Maioricarum/, Sardinie et Corsice, Comesque Barchinone, Rossilionis et / Ceritanie.

Attendentes nos pridem antequam villa / ORIOLE ad manus Regis olim Castelle, qui illam postea pro / nimia fame oppressam sibi crudeliter subiugavit, fecisse vo- / bis probis hominibus, consilio et toti universitati eiusdem ville pri- / vilegium de non separando villam eadem aliquo unquam / tempore a nostra Corona Regia et Regno Valentie, cum carta / nostra continencie subsequentis. (A continuación inserta la carta propia que escribiera dos años antes a Orihuela, Sagunto, 10.VII.1364, f. 57v-59v en aquel sentido, reproduciéndola de nuevo.)

In Christi nomine. Noverint uni- / versi quod nos Petrus dei gratia Rex Aragonum etc. Quia prudens animus iuxta sapientis consilium tribus temporibus dispensatur, ordinat / namque presencia, futura providet ac preteritis recordatur, ex preteritorum memoria / que rationem probabilem solent inducere / de futuris. Sedule cogitantes quanta dispendia, quantaque / pernicio discrimina Regnis in se divisus consuevit ingerere / scisma vel sectio desolatrix. Quod tota respublica Regnorum / et terrarum quibus auctore divino posidemus, in multis ab olim pres- / sit et adhuc omnino dissensionum jacula non evasit tanto provide / salubrius super his intendimus ut tenemur futuris pre- / cavere periculis ac nostris nostrorumque fidelium obviare discidiis quanto / peramplius atque perfectius regalis magestas potencius

imperat et / quietus se suosque gubernat, cum multorum locorum insignium ro-  
bore circumfulta eiusdem civilis potentia permanet indivisa/.

Igitur attendentes qualiter villa de ORIOLA est notabilis et insig- /nis, in tali  
situ posita, quod non parum expedit, ymo necessarium/ inminet nostre corone regie  
reique publice Regni nostrī ut ipsa / villa, que non sine iurium et regaliarum  
nostrarum notabili dispendio/ac habitatorum ipsius desolatione non mediocri per-  
longum // <sup>f.88r</sup> temporis spacium a nostro immediate fuit separata dominio, queque  
no- / viter post mortem Infantis Ferdinandi ad ipsum nostrum inmedia- / tum domi-  
nium devoluta extitit, a nostra corona regia nul- / lo unquam tempore separaretur.

Tenore presentis carte nostre seu /privilegii cunctis temporibus valituri, motu  
proprio nostro per nos et / omnes heredes et successores nostros volumus, concedi-  
mus atque pro- /mittimus in bona fide nostra regia vobis fidelibus nostris / OLIVE-  
RIO TOGORES et BERENGARIO DE LIMINYANA, FRANCISCO MIRONI / et  
JACOBO VITALIS, sindicis et procuratoribus universitatis ville / de Oriola presen-  
tibus, qui nomine ipsius universitate ville predictę / in presenti fecistis seu prestitis-  
tis nobis homagium et fidelitatis iuramentum/, necnon vobis juratis et probis  
hominibus et toti univer- /tati dicte ville, licet absentibus tanquam presentibus et  
notario infrascripto, pro vobis et omnibus illis quorum interest, ienterserit aut  
interesse potest/ et poterit, hec a nobis legitime stipulati recipienti et paciscenti / ac  
iuramus sponte per dominum deum et eius quatuor Evange- / lia corporaliter a nobis  
tacta, quod dictam villam cum suis ter- / minis nunquam separabimus, dividemus  
aut segregabimus nec alie- / nabimus in filium seu filios uxoris nec aliquam aliam  
personam vel / personas, mundi ecclesiasticas vel seculares per modum donationis  
/, infeudationis, venditionis, impignorationis, permutationis nec quo- / vis alio gene-  
re alienationis quocunque modo posset dici vel exprimi / ad in perpetuum vel ad  
tempus quacunque de causa, etiam si extrema nece- / sitas censeretur vel utilitas  
diceretur.

Quinimmo volumus et decer- / nimus ac legem paccionatam et incomutabilem et  
perpetuam facimus/ quod villa ipsa cum sua iurisdictione et suis terminis et omni-  
/moda integritate sit et remaneat unita perpetuo et inconmu- / tabiliter **Corone Regie  
Aragonum** pariter et afixa. Et nunc de presenti / eandem afigimus, unimus et  
incorporamus et vinculo indissolubili/ annectimus **Corone nostre Regie**. Sic quod  
licet dicta // <sup>f.88v</sup> per donationem inde factam dicto Infanti FERDINANDO separata  
fuerit / a Corona Regia usque nunc, cuius separationis vigore tam nobis / quam  
vobis magna incommoda pervererunt, deinde cum dicta villa sit / perpetuo mem-  
brum sicut notabile et insigne **Corone nostre Regie /antedicte Aragonum** et Regni  
Valentie et nequaquam ab ipsa corona et Reg- / no valeat separari per diem neque  
oram, sicut non potest membrum a suo corpore absque lesione et deformitate ipsius  
corporis / segregari.

Et si per nos aut aliquos successores nostros scienter / vel ignoranter fieret vel  
temptaretur de facto, cum de iure non pos- / sit contrarium illud ex nunc per tunc et  
tunc per nunc decernimus irri- / tum et inane et tanquam factum vel acceptatum  
contra proprium iuramentum et indispensium etiam et jacturam vestri dictorum  
sindicorum et proba- / rum hominum ville Oriole predictę. Quibus jus es quisitum /  
in consistentia et connexione perpetua ipsius ville cum regia / corona nostra et

indivisibili unitate. Cui juri nequaquam / derogari volumus aliqua via mundi, etiam si diceremus aut offerremus nos vestrum solvere interesse.

Nos enim expresse et de certa sci- / entia renunciamus omnibus legibus et juribus, canonicis et ci- / vilibus dicentibus vel inruentibus in certis casibus et certa / seu certis rationibus donationem aut alienationem posse fieri de / Castris, Civitatibus aut Villis, non obstante privilegio in con- / trarium facto et presentem legem pactionatam dictis juribus contrariis volumus et decernimus prevalere, tolentes /, abolentes, cassantes et irritantes ac viribus et efficacia vacuan- / tes, tanquam Rex et princeps ex plenitudine nostre Regie potestatis quecunque jura premissis adversantia et illa hiis supra- / gari possunt totaliter applicantes. Et volumus ac vobis dictis / sindicis et probis hominibus presentibus et futuris concedimus et / plenariam facultatem elargimur quod in casu quo fieret contrarium. // <sup>l.89r</sup> non teneamini obedire in aliquo illi cui foret inde facta do- / natio, venditio, permutatio seu quevis alienatio, set pocius / contradicere et resistere totis viribus tanquam persone extranee / et cui non essetis in aliquo obligati. Promittimus etiam vobis quod in / curia generali (Cortes Generales próximas) quam primo celebranda in Regno Valentie faciemus fieri / *constitutionem* perpetuam et juratam per omnes illos / qui in dicta erunt Curia de unitate huiusmodi ad maius et forcius / robur perpetue firmitatis.

Et hec omnia et singula per nos / et omnes successores nostros volumus et concedimus atque promittimus sub virtute superius prestiti juramenti teneri et observari irrefra- / gabiliter et contra non fieri aliquo jure, causa vel etiam ratione / obligantes Inclitum et Magnificum Infantem JOHANNEM / primogenitum nostrum carissimum, Ducem Gerunde et Comitem / Cervarie et quoscunque alios successores nostros et suos sub paterne / benedictionis obtentu ad observantiam omnium premissorum / et hic contentorum pro solidancia huiusmodi *perpetue unitatis* hec etiam omnia et singula per nos et omnes heredes et / successores nostros volumus et concedimus, promittimus et convenimus / atque paciscimur in bona fide nostra regia et sub virtute / superius prestiti juramenti vobis dictis sindicis et procura- / toribus ac universitati proborum hominum ville predictae et singulis / vestrum presentibus et futuris et notario infrascripto pro nobis / et omnibus illis quorum interest, interserit ac interesse potest et poterit / a nobis legitime postulati recipienti et paciscenti in melioribus / et utilioribus viis, modis et formis quibus possit / intelligi, dici et exprimi ad observantiam premissorum omni fraude / sublata et absque aliqua conditione et retentione quam non / facimus in eisdem.

Quod est actum in Orta muriveteris (Murviedro) decima/die julii anno a nativitate domini millesimo trecentesimo sexagesimo / quarto, Regnique nostri vicesimo nono. Rex Petrus. Signum (signo regio) PE // <sup>l.89v</sup> TRI dei gratia Regis Aragonum etc. (Concluye aquí la carta referida, nuevamente inserta, y añade a continuación el escatocolo final.)

Qui hec concedimus et firmamus / atque juramus presensque instrumentum seu privilegium bulla nostra / plumbea inpendenti jussimus communiri. Testes huius rei/sunt Petrus Jordani, Durries maiordomus, Guillielmus de Uxio / armorum uxerius<sup>22</sup>, Berengarius de Ripullo, viceammiratus Regni Valentie/, milites consiliarii

<sup>22</sup> Vjjer de armas reales, custodio de las armas de la corte real: *armorum uxerius*.

domini regis. Signum (signo del secretario real) mei Jacobi Conesa/, secretarii dicti domini regis eiusque auctoritate notarii publici per totam terram / et dominationem eiusdem, qui premissis interfui eaque/. scribi feci et clausi. Et corrigitur in linea Signi regii ubi dicitur / seu privilegium bulla nostra plumbea inpendenti iussimus commu-/niri. (Final de la carta inserta.)

Et eo quia dicta villa per dictum regem extitit occu- /pata, licet postea per dicti olim regis deiectionem qui cum / turpia exerceret a sua est turpiter regali sede eiectus, ad / nostrum extiterit dominium devoluta, vobis dictis probis hominibus ingeritur dubium ne ipsi privilegio aliquod ex eo quod per tempus dicta / villa a nostra corona regia fuit elongata, preiudicium fuerit ge- /neratum, supplicaveritisque nobis ut dictum privilegium confirma- /re et de novo concedere dictumque dubium declarare de nostra innata / clementia dignemur, propterea vestris ut tenemur condescendentes / supplicationibus in hac parte volentes ut convenit magnitudini / regie dictum dubium serenare ipsumque lucidius declarare / licet illud in generali confirmatione noviter per nos vobis fac- /ta declaratum preinsertum privilegium censeatur, quare tan magis / timeri solent que specialiter mandatur quanque generaliter / iniunguntur ad vestri vestrorumque cautelam, que superabundans non / nocet dictum privilegium et omnia et singula in eo contenta / laudamus, aprobamus, ratificamus et in perpetuum confir- /mamus ac etiam de novo de speciali nostri gratia illud vobis / ducimus concedendum, adicientes eidem quodammodo et in per- /petuum vos dicti probi homines et tota dicta vestra posteritas //<sup>90r</sup> cuiuscunque status, conditionis et prehementie existant et singula-/res eiusdem in ipsa villa habitantes et qui in futurum habitaturi sunt in eadem positis ubique gaudere et uti foro seu foris / valentie prout ipsa ipsa (sic) civitas et eius cives et incole uti liberius / possunt et soliti etiam sunt gaudere.

Intendimus tamen et hu- / ius nostri privilegii tenore etiam declaramus quod dicta villa Oriole / nunquam subici valeat jurisdictioni GUBERNATORIS civitatis/et regni valentie seu Regni Murcie, si casus evenerit prout debet fie- /ri et nobis per Regem enricum (II) promissum solemniter extitit, quod nostre corone regie devolvatur, sed dictam villam cum suo *Generali Gubernatore* et aliis nostris officialibus *sicut nunc gubernatur et regitur* /, sic eam am modo et cunctis ac perpetuis temporibus *GUBERNARI ET REGI* / volumus et jubemus.

Et ad maiorem premissorum roboris firmi- /tatem promittimus vobis probis hominibus et universitati jamdicte ac / juramus per deum et eius sancta quatuor evangelia ac crucem domini / coram positam et manibus nostris corporaliter tacta, quod omnia et / singula supradicta per nos et heredes et successores nostros / tenebimus, complebimus et perpetuo observabimus et teneri, com- /pleri et observari inviolabiliter faciemus et non contraveniemus / seu aliquem contravenire permittemus aliqua ratione. Mandantes huius serie inclito ac magnifico Infanti Johanni primoge- /nito nostro carissimo, Duci Gerunde, Comitique Cervarie-nostroque gene- /rali gubernatori eiusque vicesgerentibus justiciis, baiulis ce- /terisque officialibus et subcitis nostris presentibus et futuris ac locatenentibus officialium predictorum, quatenus confirmationem et concessionem / huiusmodi firmas habeant, teneant et observent et teneri et observari / ab omnibus faciant inconcusse ut



superius continetur et non contraveniant / aut aliquem contravenire permittant modo aliquo / sine causa.

In cuius rei testimonium presentem cartam nostram fieri jus-/simus, sigillo magestatis nostre apendio (sic) communitam.

Datum Barchinone //<sup>f.90v</sup> decima die septembris, anno a nativitate domini millesimo trecentesimo / sexagesimo sexto, nostrique regni tricessimo primo /.

Signum Petri dei gratia Regis Aragonum, Valentie, Maioricarum, Sardinie et Corsice / Comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie.

Testes sunt / Petrus archiepiscopus Tarrachonensis, Jacobus Dertusensis, Romeus Ilerdensis /, episcopi, Franciscus de Perillionibus et Olfo de Proxida milites. Signum / mei Berengarii Segarra, scriptoris dicti domini Regis, qui de ipsius / mandato hec scribi feci.

Corrigitur vero in línea II juxta, et in / V in divisa, et in VIII Berengario de, et in XXIII ac interesse, et in / XXVII et eo quod dicta villa per dominum Regem extitit occupata licet postea / per dicti, et in eadem exereret, et in XXIX supplicacionibus in hac parte, et in XXXXII Gu- / bernatore et. (Rubrica)<sup>23</sup>.

## 10

1393, enero 11, Valencia

Disposición de Juan I de Aragón de no permitir la separación de ninguno de los estados y demás territorios que integran la Corona, de acuerdo con lo establecido por sus mayores y particularmente por su bisabuelo, Jaime II el Justo (1319, dic. 14), expresando esta determinación en el momento de recibir el vasallaje y juramento de fidelidad de los procuradores y síndicos de las ciudades, villas y demás lugares del Reino de Valencia.

ACA, Reg. canc. 1904, f. 170.

BOFARULL, CODOIN-ACA, t. VI, dto. CXXXVIII, p. 444-450.

In nomine Dei eterni. Pateat universis quod nos Johannes Dei gratia rex Aragonum et cetera, quoniam per syndicos universitatum civitatum et villarum atque

<sup>23</sup> Documento éste de singular interés para el estudio del origen e institución de la GOBERNACIÓN GENERAL DE ORIHUELA, al independizar al lugarteniente o GERENS-VICES o VICESGERENS o PORTANTVEUS de la región meridional del Reino de Valencia o *ultra Sexonam* de la jurisdicción del Gobernador de la ciudad y Reino de Valencia, pasando por ello a ser gobernada esta región alicantina por un GOBERNADOR GENERAL residente en Orihuela y debiendo denominarse a partir de ahora (1363/66) GOBERNACIÓN GENERAL DE ORIHUELA, cuyo titular primero (NICOLAU DE PROXIDA) ejercería dicho alto cargo en función de VICEGERENCIA o PORTANTVEUS del Procurador General de la Corona de Aragón, que a la sazón lo era el primogénito de PEDRO IV, el Infante don Juan, y los lugartenientes de los PORTANTVEUS habrían de denominarse LOCHTINENT o TIENTENTLOCH de los mismos, con residencia habitual en una de las villas subalternas a la capital, en el caso de la Gobernación General de Orihuela, la de Alicante, por ejemplo.

locorum regionum regni Valencie coram nobis in nostro regali ipsius civitatis Valentie pro prestando nobis ut novo regi eorum ut est moris juramento fidelitatis personaliter constitutos fuit ante ipsam prestacionem juramenti fidelitatis nobis humiliter supplicatum et privilegium infrascriptum quod in *regalis corone conservacionis augmentum* et totius rei publice fulcimentum illustrissimus dominus Jacobus clare memorie rex Aragonum proavus noster ediderat laudare et confirmare juramento medio dignaremur: quia etiam nos cupimus dicti domini regis Jacobi proavi necnon serenissimorum dominorum Alfonsi avi et Petri genitoris nostrorum gloriose memorie regum Aragonum qui ipsum privilegium in curiis generalibus quas uterque ipsorum regnicolis dicti regni Valencie in principio sui novi domini celebravit laudaverunt et interveniente juramento etiam confirmarunt vestigia laudabilia imitari: quia demum ad observationem privilegii memorati cum ipsum ad maximum commodum et utilitatem nostri regalis domini cedat notorie Nos et nostri successores teneamur cujus privilegii series sic se habet: — In nomine Domini amen. Noverint universi quod nos Jacobus Dei gratia rex Aragonis Valencie Sardinie et Corsice ac comes Barchinone considerantes quod juxta veritatis eloquium in evangelio recitatum omne regnum in se divisum desolabitur quodque quodlibet regnum debet esse unitum et indivisum ut virtus plurium unita sit forcior et validior ad tenendam justiciam sine qua omnis terra perit et habitatores ejus et plurium etiam viribus conflatis in unum majori potencia deffensio plenius agitur ac fulcitur et publica res adversus hostiles incursus fortificatur uberius et salvatur et quod diviso regnorum Aragonie et Valencie ac comitatus Barchinone que Dei providencia obtinemus jam preteritis temporibus a nostris progenitoribus attemptata nimium paravit et induxit scandalum: volentes super hoc et dignitati regali et subditorum nostrorum utilitati ut regio bono congruit officio providere et indemnitati prospicere eorundem: per presentis provisionis nostre paginam perpetuo et inviolabili robore duraturam ex certa sciencia et spontanea voluntate statuimus ordinamus atque sancimus quod predicta regna nostra Aragonis et Valencie ac comitatus Barchinone cum directo dominio et aliis quibuscumque universis juribus que ad nos spectant vel possunt ulterius spectare in regno Majorice et insulis ei adjacentibus et in comitatibus Rossilionis Ceritanie et Confluentis et Vallespirii et in vicecomitatibus Omeladesii et Carladesii sint et maneant perpetuo unita et unum ac sub uno solo eodemque domino atque dominio perseverent nec aliquid vel aliqua ex eis ab alio vel ab aliis separentur: ita quod quicumque sit rex Aragonis idem etiam sit rex regni Valencie et comes Barchinone sic quod nos vel aliquis heres seu successor noster vel nostrorum in testamento vel alia qualibet ultima voluntate aut donatione vel alia ordinatione inter vivos aut aliqua alia dispositione nunquam dividamus seu separemus nec dividi seu separari faciamus consenciamus aut permittamus regna predicta et comitatum in se aut a se vel etiam inter se videlicet regnum Aragonie non dividemus seu separabimus in se nec etiam a regno Valencie et comitatu Barchinone nec regnum Valencie dividemus vel separabimus in se nec regno Aragonis et comitatu Barchinone neque dictum comitatum Barchinone dividemus vel separabimus in se nec etiam a dictis regnis Aragonie et Valencie: et si quid contra predicta vel aliqua predictorum per nos vel nostros fuerit attemptatum illud ex nunc decernimus irritum et inane. Declarantes tamen quod nos et ipsi possimus donare seu dimittere

castrum vel castra locum vel loca seu hereditamenta filiis nostris vel ipsorum aut aliis personis ut nobis et eis videbitur unitate predictorum regnorum et comitatus semper stabili et indivisa manente. Et affectantes hujusmodi statutum ordinationem et sanctionem ac provisionem nostram inconcusse et irrefragabiliter perpetuis temporibus observari juramus per nos et nostros solemniter per Deum et crucem domini nostri Jesu-Christi ac ejus sancta quatuor evangelia manibus nostris corporaliter tacta predicta omnia et singula ut superius dicta sunt et distincta tenere complere et inviolabiliter observare et observari facere ac teneri et nunquam in aliquo contravenire aliquo jure causa vel ratione: *inhibentes expresse sub interminacione divini judicii ac divine maledictionis et nostre heredi nostro universali quicumque pro tempore fuerit et aliis subsequenter successuris in dictis regnis et comitatu ut observando incorruptibiliter omnia et singula supradicta contra ea vel aliquid eorum non veniant vel attemptent aut fieri consenciant vel permittant dicto verbo vel facto seu alio quovis modo. Et ut omnia predicta et singula tenacius observentur statuimus sancimus et ordinamus quod quilibet heres et successor noster et nostrorum in predictis regnis et comitatu unus post alium successive tempore sui novi domini seu nove successionis vel etiam si antea jurari haberent antequam prelati richi homines mesnaderii milites cives et burgenses et homines villarum seu aliqui alii de predictis regnis et comitatu sibi faciant seu prestent juramentum fidelitatis vel sibi in aliquo respondeant et antequam aliquis ex predictis requisitus expresse vel non requisitus sibi faciat vel facere teneatur homagium vel aliquam recognitionem ratione feudorum seu qualibet alia ratione ipse heres vel successor nostri et nostrorum in predictis regnis et comitatu quicumque pro tempore fuerit per se et suos laudet confirmet et approbet ac publice juret presens statutum ordinationem sanctionem et provisionem nostram et usquequo ipsam laudationem confirmationem et approbacionem predictorum omnium et singulorum fecerit et juramentum pro ipsis observandis prestiterit cum publico instrumento prenominati vel aliqui ex eis non teneantur ei in aliquo respondere: et si per aliquem cujuscumque condicionis vel status existeret pro predictis vel aliquo predictorum sacramentum fidelitatis vel homagium seu alia quevis obligatio facta esset antequam predicta ut est dictum laudata approbata et jurata essent per novum quemvis dominum heredem et succesorem ut premititur non valerent et pro non factis penitus haberentur. Hec autem etiam predictis omnibus et singulis prelati richi hominibus mesnaderiis militibus civibus burgensibus hominibus villarum et aliis quibuslibet subditis nostris dictorum regnorum et comitatus presentibus et futuris servanda tenenda atque complenda imponimus et injungimus sub debito naturalitatis et sub fide homagio et fidelitate ac juramento quibus nobis astricti existunt. In quorum omnium testimonium ad memoriam sempiternam presens scriptum nostrum fieri mandavimus bulle nostre plumbee munimine comunitum de quo quatuor consimilia scribi jussimus unum tenendum in archivo nostro aliud pro universitate regni Aragonie tenendum per juratos et probos homines civitatis Cesarauguste aliud pro universitate regni Valencie tenendum per juratos et probos homines civitatis Valencie et aliud pro universitate Catalonie tenendum per consiliarios et probos homines civitatis Barchinone. Datum Terrachone nonodecimo kalendas januarii anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XIX.— Signum ✽ Jacobi Dei gratia regis Aragonis Valentie Sardinie et Corsice ac comitis Barchinone predicti qui hec firmamus concedimus et juramus.— Testes sunt qui presentes fuerunt infans Johannes domini regis filius ac cancellarius ac electus toletanensis Eximinus Terrachone*

archiepiscopus Berengarius Vicensis episcopus frater Raymundus de Empuriis prior ordinis Hospitalis in Cathalonia frater Poncius abbas monasterii Populeti frater Bernardus abbas monasterii de Benifasano Johannes Burgundi sacrista Majorice consiliarius Vitalis de Villanova Bernardus de Fonollario Petrus de Boyll rationalis magister milites et consiliarii Gondisalvus Garcie miles Martinus Luppi de Rueda miles Dalmacius de Pontonibus iudex curie et Guillelmus Aulomarii consiliarii domini regis.

—Sig ✠ num mei Bernardi de Aversone dicti domini regis notarii qui de mandato ipsius domini regis hec scribi feci et clausi loco die et anno prefixis.— Tenore presentis privilegii seu *rescripti cunctis temporibus valituri per nos et omnes heredes et successores* nostros gratis et spontanea voluntate et etiam deliberatione consulta privilegium preinsertum et omnia et singula in eo contenta laudamus approbamus et ex certa scientia confirmamus: et ut cuncta predicta firmitate fulciantur majori et nunquam violentur de cetero promittimus in nostra regia bona fide per nos et successores nostros quoscumque predictis ricis hominibus militibus civibus et hominibus villarum regni Valeucie supradicti necnon omnibus et singulis aliis quorum it interesse et notario infrascripto ut publice persone a nobis legitime stipulanti et recipienti pro omnibus illis quorum interest vel interesse poterit in futurum ac coram omnibus iudicibus antedictis confestim nobis postea fidelitatem juraturis juramus solemniter per Deum et crucem ac santa quatuor ejus evangelia manibus nostris corporaliter tacta predicta cuncta et singula firmiter *tenere complere et inviolabiliter observare et nunquam in aliquo contravenire* quovis jure causa vel etiam racione. Mandantes firmiter et districte universis et singulis post nos in regnis et comitatibus predictis futuris temporibus successuris ut omnia et singula supradicta inviolabiliter observando contra ea vel aliquod eorundem non veniant faciant vel attentent aut consenciant fieri vel permittant dicto verbo vel facto aut alio quovismodo. In cujus rei testimonium presentem cartam nostram inde fieri et plumbea bulla nostra jussimus comuniri. Quod est datum et actum in quadam aula regalis civitatis Valentie XI die januarii anno a nativitate Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>III regnique nostri septimo. — Guillelmus de Vallesicca.— Sig ✠ num Johannis et cetera qui predicta concedimus et firmamus pariter et juramus.— Rex Johannes.— Testes sunt qui predictis presentes fuerunt religiosus frater Berengarius magister milicie beate Marie de Muntesia nobilis Raimundus Alamanni de Cervilione Eymericus de Scintillis Hugo de Cervilione et Olfus de Proxida milites necnon Petrus Dartesio miles magister rationalis ac Guillelmus de Vallesicca legum professor vicecancellarius Julianus Gariius thesaurarius et Sperans in Deo Cardona et Petrus de Berga jurisperiti promotores et consiliarii dicti domini regis et plures alii in multitudine copiosa.— Sig ✠ num mei Jacobi Cavasthani locumtenentis prothonotarii dicti domini regis regiaque auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem ejusdem qui predictis interfui eaque scribi feci cum rasis in lineis XIII enniter XXVI Luppi XXIX singulis aliis quorum sit in et ibidem poterit in futurum ac coram omnibus iudicibus antedictis confestim nobis postea fidelitatem juraturis juramus solemniter per Deum et crucem clausi.— Dominus rex mandavit michi Jacobo Cavasthani in cujus posse firmavit etiam et juravit<sup>24</sup>.

<sup>24</sup> Tomamos el texto reproducido de la edición de BOFARULL, CODOIN-ACA, t. VI, núm. CXXXVIII, p. 444-450, manteniendo la puntuación seguida por él en la citada publicación.